

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dissertationes refutatoriae synodalis ab Heinrico Heideggero professore Tigurino adversus sacras**

**Reding, Augustin**

**Monasterii Einsidlensis, 1669**

Epistola dedicatoria

[urn:nbn:de:bsz:31-162659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-162659)

## EPISTOLA

cratione, Sanctissimæquæ Deiparæ  
 cultu. Hujus pugnæ Ducem Te,  
 Serenissime ac Reverendissime  
 Princeps humillimè exambio, qui  
 ubi adversus Machumetanos in  
 Hungariâ Victor extitisti, perfe-  
 ctâ fidei victoriâ in Tuâ ipsâmet Se-  
 renissimâ Celsitudine es potitus.  
 Cujus equidem victoriæ gloriam  
 imitando Ducem Ammonitarum  
 Achior Serenissima & Reverendis-  
 sima Celsitudo Tua reducit in il-  
 lam Triumphatricem Judith, in  
 cujus manu omnium incredulo-  
 rum caput inciditur, ut triumphabunda  
 meritò gaudeat de cunctis  
 hæresibus in universo mundo in-  
 teremptis. Quæ causa est, ut serpen-  
 tis infernalis semini seu hæresi  
 semper intervenerint capitales  
 inimicitiaæ cum illâ gloriosâ non  
 nisi à Spiritu Sancto fæcundatâ Mu-  
 lie.

## DEDICATORIA

liere. Hanc proinde iustitiæ sole  
vestitam Virginem Matrem in ip-  
somet per Filiū ejus Christum con-  
secrato Solio suo. Sacello Einsid-  
lensi serpens quidam sibilo suo est  
adorfus. At ipsa conteret caput ejus.  
Hæc enim Mater Virginea. quæ in-  
star fulguris in Arâ Einsidlensi co-  
ruscare olim visa fuit. fulguris sui  
radijs minarum contra ortho-  
doxam doctrinam spirantes non  
semel prostravit. Sed utinam luce  
gratiæ eos aliquando ita circumful-  
geat, ut revertendo ad Apostolicā  
Ecclesiam fiant vasa electionis, ac  
gloriæ, non contumeliæ. In quo Se-  
renissime & Reverendissime Prin-  
ceps ipsis Dux es, & Antesignanus,  
fidei orthodoxæ zelo, morum can-  
dore eos ita collustrans, ut exem-  
plo Serenissimæ ac Reverendissi-  
mæ Tuæ Celsitudinis ab oculis eo-

rum

EPIST. DEDICATORIA

rum aliquando sperentur abster-  
genda squamæ, sub quibus adhuc  
cæcutiunt. Quòd ut fiat, Tuamquè  
interea Serenissimam & Reveren-  
dissimam Celsitudinem omni Di-  
vinarum gratiarum cumulo in di-  
es magis. adaugeat, Deum Optimū  
ter Maximum, cum toto Monaste-  
rij Einsidlenfis Religiosorum cæ-  
tu ad Aram Divæ Virginis Divini-  
tūs consecratam, rogare non desi-  
stam. Ex eodem Monasterio, pridie  
Calendas Septembris, Anno Gra-  
tiæ. 1669.

*Ser. ma. & R. ma. Celsis. Vra*

Devotissimus in Christo Servus

Augustinus Reding  
Decanus.